




✠

MANUAL,

QUE PARA LA MAYOR COMODIDAD

DE LOS SEÑORES PARROCOS,

COMPREHENDE LAS ORACIONES

(*VULGO*) ENCOMIENDA,

EL OFICIO DE SEPULTURA

DE ADULTOS Y PARVULOS,

LAS ORACIONES PARA LA Procesion general del dia de los Difuntos, y de la particular de la Feria 2.ª

SEGUN EL ESTILO DE ESTE ARZOBISPADO DE SEVILLA.

EN SEVILLA:

POR LA VIUDA DE VAZQUEZ Y COMPAÑIA.
MDCCXCVII.



IN COMMENDATIONE ANIMÆ,

(*Vulgò*) la Encomienda.

C*Antato Resp.* Subvenite. *Sacerdos clara voce dicit* : Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera. ℣. Requiem æternam dona. ℟. Et lux. ℣. A porta inferi. ℟. Erue. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu.

Oremus.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui *N.* ut defunctus sæculo tibi vivat : et quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum.

Deinde Sacerdos dicit:

Kirie eleyson. Christe. Kirie. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. In me-

memoria æterna erit justus. ℟. Ab auditione mala non timebit. ℣. Ne tradas bestiis animam confitentem tibi. ℟. Et animam famuli tui ne obliviscaris in finem. ℣. Non intres in judicium cum servo tuo Domine. ℟. Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. ℣. Aporta. ℟. Erue. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu.

Oremus.

SUscipe, Domine, animam famuli tui, quam de ergastulo hujus sæculi vocare dignatus es; libera eam de locis pœnarum; quietis, ac lucis æternæ beatitudine perfruatur; et inter Sanctos, et electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

SUbvenite Sancti Dei , ocurrite Angeli Domini. * Suscipientes animam ejus. * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

℣. Suscipiat te Christus , qui vocavit te , et in Sinum Abrahæ Angeli deducant te. * Suscipientes animam ejus. * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

℣. Requiem æternam dona ei Domine , et lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conspectu Altissimi. Kyrie eleyson. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed liberanos à malo. ℣. Requiem æternam dona ei Domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam ejus. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et cla-

mor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui *N.* ut defunctus sæculo tibi vivat ; et quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commissit , tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

AD MATUTINUM

INVITATORIUM.

REgem , cui omnia vivunt. Venite adoremus.

Regem cui omnia vivunt. Venite adoremus.

Psalmus 94.

VEnite exultemus Domino , jubilemus Deo salutari nostro : præoccupemus faciem ejus in confessione , et in

in Psalmis jubilemus ei.

Regem cui omnia vivunt. Venite adoremus.

Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes Deos : quoniam non repellet Dominus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipse conspicit. Venite adoremus.

Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus : Venite adoremus, et procidamus ante Deum : ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster : Nos autem populus ejus, et oves pascuæ ejus. Regem cui omnia vivunt. Venite adoremus.

Hodiè si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto; ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, et viderunt opera mea. Venite adoremus.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi : Semper hi errant

rant corde ; ipsi verò non cognoverunt vias meas , quibus juravi in ira mea , si introibunt in requiem meam.

Regem cui omnia vivunt. * Venite adoremus.

Requiem æternam dona eis Domine , et lux perpetua luceat eis. Venite adoremus.

Regem cui omnia vivunt. * Venite adoremus.

Antiphona. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam.

Psalmus 5.

VErba mea auribus percipe Domimine, * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ : * Rex meus , et Deus meus.

Quoniam ad te orabo : * Domine , mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi , et videbo : * quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitavit juxta te malignus : * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes , qui operantur iniqui-

tatem : * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum , et dolosum abominabitur Dominus : * ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : * adorabo ad Templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua : * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas : * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant : * judica illos Deus.

Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos : * quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes , qui sperant in te:* in æternum exultabunt, et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui digunt nomen tuum : * quoniam tu benedices justo.

Do-

Domine ut scuto bonæ voluntatis tuæ: * coronasti nos.

Requiem æternam dona eis Domine. Et lux perpetua luceat eis.

Antiphona. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam.

Antiphona. Convertere Domine, et eripe animam meam : quoniam non est in morte, qui memor sit tui.

Psalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me:* neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum : * sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde : * sed tu Domine usquequo?

Convertere Domine, et eripe animam meam : * salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui : * in inferno autem quis confitebitur tibi ?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per sin-

singulas noctes lectum meum : * lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem : * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam : * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei : * convertantur, et erubescant valdè velociter.

Requiem æternam dona eis Domine.* Et lux perpetua luceat eis.

Antiphona. Convertere Domine, et eripe animam meam : quoniam non est in morte, qui memor sit tui.

Antiphona. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est, qui redimat, neque qui salvum faciat.

Psalmus 17.

DOmine Deus meus, in te speravi:* salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.

Ne

Ne quando rapiat ut leo animam meam:* dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud: * si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala:* decidam meritò ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, et conculcet in terra vitam meam : * et gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge Domine in ira tua : * et exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti : * et Synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere : * Dominus judicat populos.

Judica me Domine secundum justitiam meam : * et secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, et diriges justum : * scrutans corda, et renes Deus.

Justum adjutorium meum à Domino: * qui

qui salvos facit rectos corde.

Deus Judex justus, fortis, et patiens: * numquid irascitur per singulos dies.

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibravit: * arcum suum tetendit, et paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis: * sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injustitiam: * concepit dolorem, et peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, et effodit eum: * et incidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus: * et inverticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundum justitiam ejus: * et psallam nomini Domini Altissimi.

Requiem æternam dona eis Domine.* Et lux perpetua luceat eis.

Aña. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque quī salvum faciat.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. Pater noster. *Totum secreto.*

Lec-

Lectio I. Job 7.

PArce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? Aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi: quid faciam tibi, ó custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihi metipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum, et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce, nunc in pulvere dormiam, et si mane me quæsieris: non subsistam.

℟. Credo quod Redemptor meus vivit: et in novissimo die de terra surrecturus sum: * Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

℣. Quem visurus sum ego ipse, et non alius: et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

Lec-

Lectio II. Job I.

TEdet animam meam vitæ meæ : dimittam adversum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo. Noli me condemnare. Indica mihi, cur me itas judices? Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves? Numquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scias, quia nihil impium fecerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere.

℟. Qui Lazarum resuscitasti à monumento fœtidum : * Tu eis Domine dona requiem, et locum indulgentiæ.

℣. Qui venturus es judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem.

℟. Tu eis Domine dona requiem, et locum indulgentiæ.

Lec-

Lectio III. Job 10.

MAnus tuæ Domine fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu, et sic repente præcipitas me? Memento quæso quod sicut lutum feceris me; et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle, et carnibus vestisti me, ossibus, et nervis compegisti me. Vitam, et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

OFFICIUM SEPULTURÆ.

NOn intres in judicium cum servo tuo Domine; quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio.

Non ergo eum, quæsumus tua judiciali sententia premat, quem tibi vera sup-

supplicatio Fidei Christianæ commendat; sed gratia tua illi sucurrente mereatur evadere judicium Ultionis, qui dum viveret; insignitus est signaculo Sanctæ Trinitatis. Qui vivis, et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

RESPONSORIUM.

LIbera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda: * Quando Cœli movendi sunt, et terra: * Dum veneris, judicari sæculum per ignem.

℣. Tremens factus sum ego, et timeo dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando cœli movendi sunt, et terra.

℣. Dies illa, dies iræ, calamitatis, et miseriæ, dies magna: * et amara valde:* Dum veneris.

℣. Requiem æternam dona ei Domine. Et lux perpetua luceat ei.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in


tentationem. ℟. Sed liberanos à malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam ejus. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. *Oratio.*

DEus, cui proprium est misereri semper, et parcere; te supplices exoramus pro anima famuli tui *N.* quam hodie de hoc sæculo migrare jusisti; ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam à Sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradisi perduci; ut quia in te speravit, et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos in Oratione dicatur : Pro anima famuli tui Sacerdotis, quam hodie. *Et addatur hic aliud responsorium cum Oratione* ; Deus, qui inter Apostolicos in singulari.

Anti-



Oremus.

DEus cui omnia vivunt, et cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, te suplices deprecamur; ut suscipi jubeas animam famuli tui N. per manus sanctorum Angelorum, deducendam in sinum amici tui Abrahæ, Patriarchæ, resuscitandamque in novissimo judicij magni die; et quidquid vitiorum, fallente diabolo, contraxit, tu, pius, et misericors, abluas indulgendo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Antiphona.

IN paradisum deducant te Angeli; in tuo adventu suscipian te Martyres, et perducant te in Civitatem Sanctam Jerusalem.

Antiphona. Chorus Angelorum te suscipiat, et cum Lazaro quodam paupere æternam habeas requiem.

Oratio dicenda supra Sepulchrum si non sit Benedictum.

Oremus.

DEus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere dignare, eique Angelum tuum sanctum deputa custodem, et quorum, quarumque corpora hic sepeliuntur animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergat aqua benedicta tumulum, et tubrificet tumulum, et cadaver.

Antiphona. Ego sum resurrectio, et vi-

vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet; et omnis qui credit in me, non morietur in æternum.

Canticum Zachariæ. Lucæ I.

BEnedictus Dominus Dominus Israel:* quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: * qui à sæculo sunt, Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris: * et de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum: * daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: serviamus illi.

In sanctitate, et justitia coram ipso: * omnibus diebus nostris.

Est tu puer Propheta Altissimi vocabe-

beris : * præibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus:* in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent : * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Requiem æternam, &c.

Delato feretro ad tumulum, Sacerdos cum feretro, stet juxta tumulum, et dicat legendo hanc orationem absolute.

Oratio.

DEus qui fundasti terram, formasti cœlos, qui loca sideribus stabilita fixisti ; qui captivum laqueo mortis hominem, la cri ablutione reparasti ; qui sepultos Abraham, Isaac, et Jacob, in spelunca duplici, in libro vitæ, atque gloriæ notasti benedicendos ; ita bene ✠ dicere digneris, hunc tumulum famuli tui N. ut hic eum requiescere facias ; & in sinu Abrahæ, Isaac, & Jacob,

cob, collocare digneris; qui Dominum nostrum Jesum Christum, contritis laqueis infernorum resurgere, suorumque in se credentium membra, resuscitari voluisti. Respice Domine super hanc fabricam sepulturæ, descendat ad eam Spiritus tuus Sanctus; ut te jubente, sit in hoc loco famulo tuo quieta dormitio; et tempore judicij cum sanctis tuis omnibus vera resuscitatio præstante eodem Domino nostro Jesu Christo. Qui tecum, et cum Spiritu Sancto vivit, et regnat in sæcula sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Post Canticum Aña Ego sum, *repetita: Sacerdos dicit alta voce* : Pater noster. ℣. Et ne nos. ℣. Non intres in judicium cum servo tuo Domine. ℟. Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue. ℣. Requiescat in pace. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

SAtisfaciat tibi quæsumus Domine Deus noster pro anima famuli tui N. beatissimæ Dei genitricis, semperque Vir-

Virginis Mariæ, et Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli, omniumque sanctorum tuorum, oratio; et præsentis familiæ tuæ humilis, et devota supplicatio; ut peccatorum omnium veniam, quam precamur obtineat; nec eam patiaris cruciari gehennalibus flammis, quam Filij tui Domini nostri Jesu Christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecum, et cum Spiritu Sancto vivit, et regnat in sæcula sæculorum. *Resp.* Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. *Postea Sacerdos dicat*: Anima ejus, et animæ omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Responsorio.

MEmento mei Deus, quia ventus est vita mea. * Nec aspiciat me visus hominis. *Ver.* De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. * Nec aspiciat. *Ver.* Requiem. * Nec aspiciat. Kyrie. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℣. A porta inferi. ℣. Requiescat. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum.

Ore-



Oremus.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui, ut defunctus sæculo tibi vivat: et quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus. *Pro Defuncto.*

FAc, quæsumus Domine, hanc cum servo tuo defuncto misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem; ut sicut hic eum vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum tua miseratio societ Angelicis choris. Per Christum, &c.

Oremus. *Pro Defuncta.*

FAc, quæsumus Domine, hanc cum famula tua defuncta misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, quæ tuam in votis tenuit voluntatem; ut sicut hic eam vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eam tua

mi-



miseratio societ Angelicis choris. Per Christum, &c.

℣. Requiem æternam dona ei Domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Anima ejus, et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

PRO PARVULIS.

Antiphona.

SIt nomen Domini benedictum , ex hoc nunc , et usque in sæculum.

Psalmus 112.

LAudate pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum : * ex hoc nunc , et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum : * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus : * et super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster , qui in altis habitat : * et humilia respicit in Cœlo , et in Terra?

Suscitans à terra inopem : * et de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus : * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo:* matrem filiorum lætantem. Gloria Patri, et Filio, &c. *Re-*

Repetitur Antiphona.

SIt nomen Domini benedictum ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Antiphona. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Me autem propter innocentiam suscepisti. ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens, et mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismastis, dum migrant à sæculo sine ullis eorum meritis vitam illico largiris æternam, sicut animæ hujus parvuli hodie credimus te fecisse fac nos, quæsumus Domine, per intercessionem Beatæ Mariæ semper Virginis, et omnium Sanctorum tuorum, hic purificatis tibi, mentibus famulari, et in Paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dum

Dum portatur ad Ecclesiam.

Antiphona. Juvenes, et Virgines, senes cum junioribus laudate Dominum de Cœlis.

Psalmus 148.

LAudate Dominum de Cœlis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes Virtutes ejus.

Laudate eum Sol, et Luna: * laudate eum omnes Stellæ, et lumen.

Laudate eum Cœli Cœlorum: * & aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi: * præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra: * dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies; spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles: * ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ, et universa pecora: * serpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ, et omnes Populi: * Principes, et omnes Judices terræ.

Juvenes, et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super Cœlum, et terram: * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus filijs Israel: * populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

CAntate Domino canticum novum: * laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum:* et filiæ Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: * et exaltavit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: * lætabuntur in cibilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: *

et

et gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Psalmus 150.

LAudate Dominum in sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio , et cithara.

Laudate eum in tympano , et choro:* laudate eum in chordis , et organo.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus ; laudate eum in cymbalis jubibilationis : * omnis spiritus laudet Dominum Gloria Patri , &c.

Antiphona. Juvenes , et Virgines , senes

nes cum junioribus laudate Dominum de Cœlis.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Sinite parvulos venire ad me. ℟. Talium est enim Regnum Cœlorum. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad Cœlorum Regnum hodie misericorditer vocare dignatus es; digneris etiam Domine ita nobiscum misericorditer agere; ut meritis tuæ sanctissimæ Passionis, et intercessione Beatæ Mariæ semper Virginis, et omnium Sanctorum tuorum in eodem Regno cum omnibus Sanctis, et electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Antiphona. Benedicite Dominum omnes

nes electi ejus, agite dies lætitiæ, et confitemini illi.

Canticum trium Puerorum.

Dan. 23.

BEnedicite omnia opera Domini Domino: * laudate, et super exaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: * benedicite Cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes quæ super Cœlos sunt Domino: * benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol, et Luna Domino: * benedicite stellæ Cœli Domino.

Benedicite omnis imber, et ros Domino: * benedicite omnis spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis, et æstus Domino: * benedicite frigus, et æstus Domino.

Benedicite rores, et pruina Domino: * benedicite gelu, et frigus Domino. (*)

Benedicite glacies, et nives Domino: * benedicite noctes, et dies Domino.

Be-

(*) *Hic portatur ad tumulum quod Sacerdos aspergat, et revertitur dum maneat Puer versus Altare.*

Benedicite lux, et tenebræ Domino:* benedicite fulgura, et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum :* laudet, et super exaltet eum in sæcula.

Benedicite montes, et colles Domino: * benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino : * benedicite maria, et flumina Domino.

Benedicite cœtæ, et omnia, quæ moventur in aquis Domino : * benedicite omnes volucres Cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ, et pecora Domino : * benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum : * laudet, et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino : * benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus, et animæ justorum Domino : * benedicite sancti, et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Missael Domino : * laudate, et super exaltate eum in sæcula.

Be-

Benedicamus Patrem, et Filium cum Sancto Spiritus: * laudemus, et superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento Cœli: * et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

Antiphona. Benedicite Dominum omnes electi ejus, agite dies lætitiæ, et confitemini illi.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas: concede propitius, ut à quibus tibi ministrantibus in Cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣. Et fidelium animæ per misericordiam Dei. Requiescant in pace. ℟. Amen.

PRO-

PROCESSIO GENERALIS PRO DEFUNCTIS.

NE recorderis peccata mea Domine. Dum veneris judicare sæculum per ignem.

℣. Dirige Domine Deus meus inconspectu tuo viam meam. Dum veneris judicaræ sæculum per ignem.

Requiem æternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis. Dum veneris judicare sæculum per ignem.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

Oremus.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigere; præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dominum. ℟. Amen.

℟. Qui Lazarum resuscitasti à monumento fœtidum: * Tu eis Domine dona

na requiem : et locum indulgentiæ.

℣. Qui venturus es judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem.

℟. Tu eis Domine dona requiem, et locum indulgentiæ. Kyri eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Oremus.

DEus veniæ largitor, et humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum. ℟. Amen.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes : * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine : * Domine quis substinebit?

Quia apud te propitiatio est : * et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia : * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel : * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam, &c. Kyrie eleison, &c.

Oremus.

ABsolve quæsumus Domine, animas famulorum famularumque tuarum ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, et electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum, &c. *Vel Oratio.*

Oremus.

DEus, qui nos patrem, et matrem honorare præcepisti : miserere clementer animabus parentum nostrorum, eorumque peccata dimitte ; nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Memento mei Deus, quia ventus

est

est vita mea : * Nec aspiciat me visus hominis.

℣. De profundis clamavi ad te Domine exaudi vocem meam : * Nec aspiciat me visus hominis.

Oremus.

DEus cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis, et famulabus tuis omnibus hic, et ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut à cunctis reatibus absoluti reatibus absoluti tecum sifine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

LIbera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda : * Quando Cœli movendi sunt, et terra : * Dum veneris judicare sæculum per ignem. ℣. Tremens factus sum ego, et timeo dum dicussio venerit, atque ventura ira: * Quando Cœli movendi sunt, et terra.

℣. Dies illa, dies iræ calamitatis, et miseriæ dies magna,et amara valde:* Dum veneris, &c.

℣. Requiem æternam dona eis Domine:

ne : et lux perpetua luceat eis.

℟. Libera me Domine, &c. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Oremus.

FIdelium Deus omnium Conditor, et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis, et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Pro Sacerdote Defuncto.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum *N.* Sacerdotali fecisti dignitate vigere : præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum.

Pro uno Defuncto.

INclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur : ut animam famuli tui *N.* quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione cons-

constituas, et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Christum Dominnm nostrum. ℟. Amen.

Alia pro Defuncto, vel *Defuncta.*

ABsolve quæsumus Domine, animam famuli tui *N.* ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos, et electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

ORATIONES

IN PROCESSIONIBUS, QUÆ fiunt Feria 2.ª

IN PRIMA STATIONE.

C*Antato Resp.* Credo, quod Redemptor, *cum* Kyrie. *Sacerdos dicit* : Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta Inferi. ℟. Erue. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

IN SECUNDA STATIONE.

Cantato Resp. Qui Lazarum. Pater noster, et ℣℣. solitis.

Oratio.

DEus veniæ largitor, et humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, Beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ Beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum.

IN TERTIA STATIONE.

℟. Domine quando veneris. Kyrie. Pater noster, et ℣℣.

Ora-

Oratio.

DEus, qui nos Patrem, et Matrem honorare præcepisti, miserere clementer animabus Parentum nostrorum: eorumque peccata dimitte, nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Christum.

IN QUARTA STATIONE.

℟. Memento. Pater noster, et ℣℣.

Oratio.

DEus, cujus miseratione animæ fidelium, requiescunt, famulis, et famulabus tuis omnibus, hic, et ubique quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Christum.

Pro consuetudine alicujus Ecclesiæ.

Post ℟. Peccantem me. Pater noster. Kyrie, et ℣℣.

Ora-

Oratio.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus, ut eorum quoquè perpetuo aggregentur consortio. Per Christum. ℟. Amen.

IN ULTIMA STATIONE.

Cantato ℣. Ne recorderis, *cum* Pater noster, et ℟℟. solitis.

Oratio.


FIdelium, Deus, omnium conditor, et Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper octaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis, et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam. ℟. Et lux. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Recitato Psalmo De profundis, *post* Kyrie. Pater noster, et ℣℣. *dicitur Oratio* Fidelium, *ut supr.*

Villa de Camões
[illegible] Julho de [illegible]7

Ricardo Jimenez 1879


Ha.